



**Conradi Oigenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus
Imperialibus**

Corradini, Pietro Marcellino

Friburgi Brisgoiae, 1707

XXI. Qualis consuetudo Rudolphi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)

26 De primariis Precibus Imperialibus
258. Fridericus itidem II., prævia con-
stitutione in ipso conventu Electorum pu-
blicata his verbis : *Illum igitur volentes*
abolere abusum, quem quidam prædecesso-
rum nostrorum exercuisse dignoscuntur in
electionibus Prælatorum, concedimus, &
sancimus, ut electiones liberè, & canonice
fiant. Et infra : Omnia nos spiritualia vo-
*bis, & aliis Ecclesiarum Prælatis relinqu-
imus liberè disponenda, ut quæ sunt Cesa-*
*ris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo recta di-
stributione reddantur, quemadmodum re-
ferunt Raynaldus ad annum Christi 1213.*
Goldast. tom. I. pag. 289. & pag. 290.
Quamobrem ea, quæ tentata & facta sunt
ab Imperatoribus ante Rudolphum, quæ-
que provisionem Beneficiorum Ecclesia-
sticorum respiciebant, jure summo refer-
ri possunt ad tempora insignis abusus, qui-
bus Germaniæ universæ Ecclesiæ in ma-
gno constitutæ erant discrimine, uti ipsi-
met Scriptores Germani infra referendi
asserunt.

XXI.
Qualis con-
suetudo Ru-
dolphi.

XXX
VI

Verum hac etiam consuetudine admis-
sa, sicuti ea probatur ex diplomate relato
Rudolphi, ex eo itidem quæ, & qualis
esset hujuscemodi consuetudo intelligitur,
ea namque non potuit esse dissimilis Pre-
cibus ipsis Rudolphi, ex quibus desumi-
tur. Cum itaque in illis neque præcipia-

tur Ordinariis Collatoribus quicquam,
neque pœna contrafacentibus impona-
tur, & futuræ vacationes nequaquam
comprehensæ sint, & rogentur Ordinarii
Collatores Ecclesiarum, quæ in territorio
Imperiali sitæ erant, pro uno Beneficio
ad suam collationem pertinente; jam pa-
ret quam difformis sit consuetudo asserta
in dicto diplomate à Precibus nuper por-
rectis per Augustissimum Imperatorem,
in quibus non rogantur, sed compellun-
tur Ordinarii sub insigni pœna; deputan-
tut Exequatores ad compellendum; da-
tur mandatum de providendo Beneficia
vacatura; comprehenduntur dignitates, &
Beneficia electiva, & regularia, & quidem
vacantia in quocumque mense, & sic in
mensibus Summo Pontifici reservatis in
Concordatis Germaniæ, acsi ipsi Summi
universalis Ecclesiæ Pontifices Imperiali-
bus mandatis sub pœnis ibidem commi-
natis omnino parere deberent; & Epis-
copi exequatores in dictis Precibus desi-
gnati, ipsos Pontifices Romanos, quibus
ii subsunt, compellere possent: quo nil
magis absurdum excogitari potest.

Sed fortasse aliquis dicet, Carolum IV.
Imperatorem, inauguratum anno 1345.
primarias Preces direxisse eadem asserta
antiqua consuetudine cum mandato com-

XXX
noz illarū
et obumū
āctob

XXII.
Preces Ca-
roli IV. ex-
penduntur,